

In Nomine sancte & individue Trinitatis amen. Swen-
topolcus Dei gratia Dux Pomeranorum, omnibus
Cristi fidelibus tam posteris quam presentibus salutem
inperpetuum. Ea que geruntur in tempore ne habeantur
cum tempore, literarum debent memoria per-
hennari. Unde notum sit universis quod ego
Swentopolcus cum consensu heredum meorum
Mestwini & Wartislaci ac Baronum meorum
consilio pro salute propria ac progenitorum me-
orum tam vivorum quam defunctorum prosperi-
tate, contuli monachus in Dargum Cisterciensis
Ordinis duas villas Pistowe & Bunsowe cum om-
nibus pertinentiis suis ad claustrum ibidem edi-
ficandum jure perpetuo possidendas. Ut eadem
factum nostrum ab emulis nostris in posterum
non possit revocari, presens scriptum sigilli nostri
appensione coram his testibus, Arnolde. Bene-
dicto. Theodorico et Dargoslaw, Sacerdotibus Al-
berto. Jacobo. Wojathien. Wenceslawo ceterisque
quam pluribus duxi roborandum. Actum in
Castro Ispensi anno gratie domini millesim-
o ducentesimo quadragesimo octavo, quater-
to nonas Decembris.

157. The House of...

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be organized into several paragraphs or sections, with some lines starting with capital letters. The ink is very light and difficult to decipher.